



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

De Primo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

Quæ est promissio ad  
dita primo præcepto?

**P**romissio est in his uerbis, faciens misericordiam in millia diligentibus me. **U**t enim idolatris minatur pœnas, ita e contra pro ueris cultibus promittit ingentia beneficia, sicut pacem, uictorias, defensionem, fertilitatem, scœlicitatem in consilijs et rebus gerendis. Sed de promissionibus legalibus hæc quatuor moneri oportet. **P**rimum quomodo contingant præmia, cum promissiones sint conditionales, & legi non satis fiat. **S**ecundum addi debet doctrina Euangelij de cruce & spiritualibus præmijs. **T**ertium, quo ordine petenda sint præmia corporalia. **Q**uartum, quòd expectatione præmiorum sit exercenda fides.

## DE PRIMO.

Promissiones legis sunt conditionales, dantur enim præmia pro nostra obedientia. **Q**uanquam autem re ipsa nemo legi satisfacit, tamen quia **D**eus approbat inchoatam obedientiam propter **C**hristum, ideo etiam præmia dat pro illa obedientia, sicut clarè inquit **C**hristus, **M**erces uestra copiosa est in cœlis.

## DE SECUNDO.

B

Euange